



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

& moenia tutatur. Elector quadraginta
 hastarios in praesidium misit, quibus Ci-
 vitas Comeatum, Elector stipendia sol-
 vit. * Minuit periculum secuta Rupertus
 Palatini in Caesarem Electio, qui cum in
 Moguntinus facinus inquireret, † propria Reorum
 habitâ judiciali discus- confessione, ipse etiam Archi Praesulis
 sione innoc- jurejurando, innocentem eum, & inique
 cês repertus diffamatum reperit. * Lata ergo contra
 MCCCCIII Waldeckium & complices tanquam faci-
 noris auctores, & executores, sententia,
 ipseque Joannes innocens declaratus est.
 Rupertus Caes Fuit aliàs Rupertus † ille Moguntinae Sedi
 sar Mogun- parum amicus, contra quam potestate
 tine Sedi pa- Caesareâ, praesertim in dandis privilegiis
 rii amicus. saepe abusus est. Huic Urbi exemptionem
 fori, (a) ut non nisi in judicio aulico,
 & Rotliwensi stare teneretur, in Sedis æ-
 mulationem tribuere conabatur, at illa
 Judici legitimo adhærere, quam iniquam
 exemptionem acceptare maluit. (b)

XXI.

Collegiū por-
 tae Cœli fun-
 datum.

Hoc sæculo Urbem in felicitate sua ado-
 levuisse dixeris. Splendida passim ædificia,
 turrets & templa huic ætati se adscribunt,
 literarum studiis erecta collegia: primum
 Portæ Cœli † ab Amplonio Fago Medici-
 nae Doctore, (c) patriâ Rhenobercensi li-
 beralissimè fundatum. Emerxit is opu-
 lentâ arte, ex inopia ad divitias, urbem-
 que

(a) Allegarunt illud Erfurtenses in tractatibus Monasteriense-
 bus.

(b) Quod secuta praxis ostendit.

(c) Extant fundationis litteræ.

que patriam, Sostensem, & alias, à quibus ad studia proficiscens viaticum, & Eleemosynam acceperat, stipendiis hic ditavit. Primus ejusdem, & Universitatis secundus Rector, postea solutus per mortem ab uxore Coloniam revertens ad SS. Apostolos inter Canonicos assumptus est, ubi in ambitu, extante hodieum epitaphio, sepultus. Bibliothecam suam huic collegio legavit, manuscriptis adeò frequentibus divitem, ut inter illustres Germaniæ numerari valeat. * Eadem ætate * MCCCC
 Basilius Valentinus in Divi Petri Monasterio vixit, arte medicâ & naturalium indagine mirabilis. Insuper ijs accensetur, quos in augmentum spei nominant aurum confecisse, sic alienâ dementiâ post sæcula fallit, ideò minus culpabilis, quod non nisi decipi amantes facultatibus exuantur. * XIII.
 Elector (a) Joanni ab Allenblumen, equiti, Vicedominatûs officium, acceptâ pecuniâ, ad dies vitæ concessit. Ascendit ergo ad summum fortunæ apicem hoc sæculo Civitas, sed cui nihil esse propius experta est, quam præcipitium. Semper habent aliquid acerbi res secundæ. Sic Urbis etiam felicitas multis incendiis tem- * MCCCCX
 perabatur. * Orta † subito flamma (b) IV.
 nobilissimam Urbis partem forum glastarium, vulgò Anger dictum, * biennio post Incendia
 forum raparum, clypeatorum & pupillorum varia Erf.
 * MCCCCX
 I rum VI.

(a) Documenta Archivi.

(b) MS. Chron. Erfurt.

rum plateam absumpsit, etiam Pergamenam, & Marpichensem adusque SS. Mauritii, Servatii & Andreae in cineres redigit. Attamen & hujus initium saeculi Erfurtenfium imperio quid adjecit: Sömmendam Urbem cum Schallenburgis. Ab Abate Principe Fuldensi, Comites Swarzenburgici jam olim acceperant, hanc se natus * ex Domini directi consensu emit, sicque fines 96. ab Urbe stadiis, ad onstrudam usque promovit. * Venit post hæc damna, mense Augusto, Conradus ArchiEpiscopus, suamque in fidem civitatis recepit, ne Moguntinae urbis exemplo (a) quae furiosè tumultuabatur, seducta, Dominum excluderet. Homagium (b) in templo S. Severi exactum, & à singulis de senatu præstitum est. Populus in turma juravit. * Decrevit his temporibus Decernitur Sigismundus, † & Imperium expeditionis bellum in nem in Bohemiam adversus Hussitas, qui Hussitas. sub Zisca Duce (c) templa pariter & monasteria diripiebant. Adornatae copiae, tantique belli Erfordia creditur. † belli ærarium (d) inter alias urbes Erfordiae creditum est. Aliquot annis continuata bella, sed invaluerat secta, cumque Moguntinæ hac flagitia, tumultus, & quidlibet agende protecti di libido. Metuit † Senatus numerosae plebi ne hac mania corripereetur, & erat mones.

(a) Serarius in Conrado III.

(b) Documenta Archivi.

(c) Chronicon Carionis & alia.

(d) Documenta & acta desuper adsunt.

proxima hæc pestis in Bohemia, jamque in vicinia prædas hostes egerant, ideo Archi Episcopum precatur, civitati suæ (a) contra hæreticos opem ferret. Urbis opes longâ pace feliciter creverant, † Erfordia & cum iis potentia, eoque deventum erat, ut & vires suas Erfordia resciret, & timeret Moguntia, nec illa cum veteri demissione obsequia, sed superbius præstaret. Auxit huic animum, illi timorem foedus, † quod cum Erico Brunswicensium Duce Civitas superioribus annis pepigerat. (b) Dux quancumque petenti quinquaginta Cataphractos, Urbs vicissim in singulos annos trecentos aureos promisit, sique Ducem ipsum peteret, centum aurei insuper solverentur. Elector Conradus † defectiorem metuens foedus cum Friderico (c) Electore Saxonie, ejusque fratribus paciscitur, illis contra quosvis hostes auxilia promittit, sibi vicissim opem contra Erfordiam, si Moguntinæ sedis jussa detrectaret, stipulatur. Ingens obex urbis licentiæ positus videbatur, sed & illa munimentis sibi consuluit, (d) valla, muros & fossas, de quibus dicam, maximis sumptibus duxit. * Interim cum arcibus, quas principes & urbes, nostra præsertim Erfordia ~~viciis~~ diruerat, ipsi prædones extir-

*Erfordia
rebus secun-
dis insoles-
cit.*

*Suspecta se-
dera in it.*

*Fœdus Mo-
guntini cum
Landgra-
vis ad com-
pescendam
Erfordiam*

*MCCCCX

XIX.

passim

I 2

(a) Extat supplica in Archivo Moguntino.

(b) Extat instrumentum foederis in Archivo Erfurt.

(c) Extat instrumentum foederis.

(d) MS. Chron. Erfurt.

Erfordia extirpati credebantur: sed novo dolo factus continuatum est: † Cum enim recepta *molestaurâ* tacula humi jacerent, nec etiam tuta facta *prædonibus* adversus vindictam esse condigni exitus docuissent, prædones hinc inde errando in continua fuga impunitatem facinoris quæsi verunt. Inter alios Nicolaus Talman (a) cum delicti sociis frequentes prædas in vicinia Civitatis egit, cum quibus incertum, incertum quò, celeriter aufugit, iisque distractis, ubi minimum crederetur, ad idem facinus rediit. Auxit læsorum iram elusa vindictæ cupidò. Tandem constantes insidiæ passim struuntur, in quas prædones assuetudine delicti jam minus cauti incidunt, sicque à civibus capti poenâ capitis subeunt. * Egra urbs † hæreticorum furori propior acriter ab iis oppugnabatur. Maluit Erfordia ad aliena mœnia hosti occurrere, quam expectare in suis, Comeatum, arma, & pecunias obsessæ urbi submitit. Unitis hiis viribus impares Hussitæ re infectâ obsidionem solverunt. Tanti beneficium hoc Sigismundus Cæsar habuit, ut Erfordiam per literas grates ageret. (b)

XXII.

Erfurtensibus hac molestiâ liberatis fœdus Moguntino-Saxonicum, continuò oberrabat, ut præsidium Civitati quærerent, muniendam validius urbem Senatus conclude-

(a) Dicta Chronica hoc anno.

(b) Extant in Archivo.